2475 tabula marmorea. In vinea XII apostolorum appellata (ibi ubi n. 2469) HENZ. Ibi nuper frustra quaesivi.

ᴄ·ELLIO · GLABRAE
L · ALEXANDRO ·
*fel*IX · FRATER · FECIT
*..re*LIVS · L · L · ALEXA · ASCLEPIA
*..rel*LIVS · L · L · FELIX · SIBI · ET · SVIS

Descripsit Henzen.

2476 Marini in Latio, quod oppidum fuit Munium vel non longe illinc situm DONI.

ALEIA C · L · PRIMA
ANTEROS VED · D

Donius cod. Neap. p. 497, ubi dicitur descripsisse Nicolaus d' Haut-buisson, Barb. p. 188, ubi laudatur Claudius Menestrier.

2477 urna. Marini apud quendam incolam VETT. Roma exportandam curarunt Lisandroni et d'Este sculptores VISC. Nunc in Britannia Ince-Hall.

ANINIA · ASTERIO · | C · IVLIVS ·
SIBI · ET | SPERATVS ·
FRATRI · SVO ·

Contulit Matz. Fr. Vettori misit Gorio d. 18 Oct. 1727 cod. Marucell. A 63; E. Q. Visconti in schedis apud Petrum Herculem fratris filium; *Account of the statues at Ince* p. 114 n. 347.

2478 cippus marmoreus. Prope Marinum in vinea Ingami.

D M
AVRELIO ZO
urceus SIMO AVRE patera
LIA ANTIOCH
..IS COIVGI..

Descripsi a. 1882.

2479 Marini in aedibus Colonna ROSSI. Ego frustra quaesivi.

ann XXII ·
*c*ALLISTVS · LIB
..A · ET · ENNIAE ·
CONIVGI · SVAE ·
*e*T · SIBI · LIBERTIS
..IS · POSTERISQ

Descripsit de Rossi.

2480 rep. *nelle vicinanze di Marino* MAR. — S. l. VISC.

M · CAPTIVS PHILO
CAPTIA PHILOTEA
CAPTIA ERATO
CAPTIA SECVNDA
IN AGR · PEDES XVI ·
IN FR PEDES · XVI ·

Manus ignota apud Marinium Vat. 9127 f. 115; idem exemplum reperitur inter Viscontiana cod. Par. 9697 f. 22.

Ibidem prodiisse narratur *un piedistallo di peperino spezzato, in cui sono scolpite queste parole* TEMPLVM SPEI; quam inscriptionem ab ignoto auctore ut genuinam recipere nolui. — 6 FRA traditur.

2481 Marini in aedibus [scr. aede] S. Iohannis et Luciae IVC. — In agro Nomentano PICC. [cf. n. 2464].

D M
TI · CLAVD . CARPOPHORO
TI · CLAVD · SILVESTER
LIBERTO

Servavit Iucundus rec. 3 (cod. Cicognae f. 150'). Inde Piccart n. 231, repetivit Reinesius synt. 18, 10.

2482 cippus lapidis Albani. In vinea XII apostolorum appellata, nunc Soldini RANG. HENZEN. Ibi frustra quaesivi.

D M
CORNELIAE · AN
NIANE · FILIAE · IA
M · GARRVLE · BI
MVLE · NONDV
M · QVAE · VIXIT
ANNO · VNO · M · III
D · X · DVLCISSIM
PARENTES
F · D · S

Descripsit Henzen. Ranghiasci *L'Album* XVII (1850) p. 350 (inde Henzen syll. n. 7374).

3. 4 IA|M Rangh., TA|M Henz. — 4 GARVLE Rangh., GARRVLAE Henz. — 4. 5 BI|MVLE Rangh., BI|M·VLL Henz. — 7 QVINQ (pro VNO) Rangh. — 8. 9 DVLCISSIMAE | P·PARENTE Rangh. — 10 F·D·S Rangh., F... Henz.

2483 rep. Marini, postea Romae apud Vincentium Colonna.

D *m.*
· P · DC
· MVNA..
VIXIT · ANNIS
· V · D · XXIIII
CAECILIA · MV
SA · FECIT · ALVMNO
CARISSIMO ·

Descripsit Mommsen.

2484 in vinea olim XII apostolorum appellata, nunc Soldini, prope Marinum.

F AVSTINA
F AVSTINA
RIO CN · CORNELIVS SEVERVS
*a*NN · XIII · MENS · II · DIEBVS · XI
CILLA · ACILIANA
*m*ENS · III · DIEB · XIII

Descripsit Henzen, recognovi ipse. Ranghiasci *L'Album* vol. 17 (1850) p. 348.

2485 Marini in hortis domini Ioannis Columnae GVD.; in vinea Bevilacqua sub Marino FABR. VVLP. FEA, idemque praecedit in cod. CHIS., *nella vigna del cardinal Colonna* STOSCH (Romae, falso addit DONAT.); in villa Moldechinia nunc Columnensi AM. — Savignani in aedibus Amaduzzi NARD.

C · HERIVS · FELIX · PATRON·
HERIAE · HELPINIS
HIC · EST · ILLE · SITVS · HERIVS · FELIX · COAEQVALIB
CVNCTEIS · QVEI · VEIXIT · ANNOS · VIGINTI
QVEI · ME · RELIQVIT · LEIBERTA · HELPINE
ANNORVM · NATAM · XIII · SIBI
VNICE · CARAM · QVAE · ILLIVS · OSSA
RESTITVIT · POST · ANNOS · VIGINTI · ET
MONVMENTVM · NOBIS · AEDIFICAVI · QVI
LEGIT · DISCAT · ESSE · PIVS

Gudius ms. 234, 2 non de visu, sed ex schedis fortasse Holstenianis; cod. Chis. I VI, 205 f. 107' manu ignota; Fabretti 417, 371; Vulpi Lat. 7 p. 147; Gori cod. Maruc. A 6 ex schedis Stoschii; ex iisdem sine dubio Donati 419, 1 auctore non laudato; Fea sched. f. 57 manu Mariottii; Amaduzzi, qui vidit anno 1776, anecd. litter. IV p. 540 n. 52; Nardi *dei Compiti e dell' antico Compito Savignanese* (Pesaro 1827) p. 100; Tonini *Rimini avanti l'era volgare* (1848) p. 385. Orelli n. 4407.

1 FELIX om. Vulp. — 3 ILLE·EST Fabr. — HERIVS om. Gud. — COAEQVALIBVS Fabr., COAEQVALIBV| Gud., COAEQVALIB Stosch. Amad. Nard. Ton., COEQVALIB Chis., COAEQVALIS Fea, COEQVALIS Vulp. — 4 CVNCTIS Stosch., CERTEIS Fabr. — VIXIT Gud. — ANNIS Amad. — 5 LEIBERTA Gud. Fabr. Stosch, LEIBERIA Chis. Amad. Nard. Ton., LIBERTA Vulp., LIBERIA Fea. — HELPINI Stosch. — 6 TREDECIM Vulp. — 8 RESTITVI·IOSSI Gud. — ANNVM Fabr. Vulp. — VIGINTI·I·I Stosch. — 9 AEDIFICAVIT Fabr. — QVI ad v. 10 trahit Stosch.

2486 Marini in aedibus publicis. — S. l. AM.

D M
HOMONO*eae*
LVC · AVG · F · VER*nae*
VIX · ANN · X..
AGATHOC*aes*
CONI.. *gi*
I V..

Descripserunt Henzen et Stevenson. Amati ms. Vat. manu ignota; Garrucci *Civiltà cattolica* ser. XI vol. 7 (1881) p. 733, *bulletin épigraphique de la Gaule* 1881 p. 251 ad ectypum; ego *bulletin épigr.* 1882 p. 244.

3 *Luci(llae) Aug. f. Ver[i]* Garrucci, male; significatur Lucius Aelius Hadriani f. — 4 ANN·X Garr., nihil deesse affirmans. — 5 AGATHO CAEs idem, male.

4227 rep. a Boccanera ibi ubi n. 4226.

D M
P R O T I
QVI VIXI
ANN XIX
5 SOROR PIA
FECIT

Lanciani *bull. communale* 12 (1884) p. 163.

4228 in fragmento marmoreo quod aliquando pertinuit ad candelabrum scriptum excisis ornamentis. Rep. una cum n. 4226.

CONSER
B M F
V A X X I

Lanciani *bull. communale* 12 (1884) p. 163.
1 CONSLI editum est.

XII. CASTRIMOENIVM (p. 239).

ad n. 2463. Titulum ab eodem Pedio Iusto positum matri habes huius Corp. vol. VI n. 23891.

ad n. 2464. Oblitus sum addere, hunc videri esse eum ipsum L. Caecilium Rufum qui fuit tribunus plebis a. 690/1, praetor urbanus a. 697. Cf. Mommsen Corp. vol. I ad n. 639.

ad n. 2466. Specimen scripturae (vv. 10—13) dedit Huebner exempl. scr. epigr. n. 1068. Puncta deesse plerumque ait Huebner.

ad n. 2475. V. 1 supplendum est, ut observavit Hirschfeld, [*L. A*]*rellio*, v. 4 itemque v. 5 [*L. Are*]*llius*, ex titulo posito colliberto huius Alexandri *L. Arellio Glabrai l. Diophanto* edito huius Corp. vol. I n. 1026, vol. VI n. 12289. Is cum repertus esse dicatur in via Appia, probabile est utramque inscriptionem antiquitus una stetisse, postea autem alteram loco motam esse.

ad n. 2484. V. 3 supple [*M.*? *Acilius Glab*]*rio Cn. Cornelius Severus* ex inscriptione nuper reperta n. 4237. Ceterum quomodo conceptus fuerit totus titulus, adhuc latet. Potest fuisse sepulcralis pȯsitus ab Acilio Glabrione et Faustina coniuge (nepoti huius Acili Glabrionis cognomen fuit Faustinus, cf. huius Corp. vol. IX p. 218) filiabus duabus, quarum alteri et ipsi nomen fuit Faustina, alteri ....cilla Aciliana.

4228 *a* prope Marino in vinea Ingami.

DOMI|*t..*
EVTY|*ch..*
DOM|*it..*
MEC|

Descripsit Tomassetti; idem edidit *archivio della soc. rom. di storia patria* 8 (1885) p. 434.

XII*a*. AD DECIMVM.

4229 fistulae plumbeae effossae in vinea Senni, *in contrada Ciampino.*

PVB · DECIMIENSIVM
/ / / / / / / ENSIVM

Ex apographo Tomassettii edita est *Notizie degli scavi* 1886 p. 159; Gatti *bull. municipale* 1887 p. 12.

Pub(licum) Decimiensium. Decimienses praeterea nondum innotuerunt, nota est ex itinerario Antonini p. 305 — in tabula Peutingerana nomen excidit — statio *ad Decimum* viae Latinae prima, X mil. pass. ab urbe. Eis qui ad hanc stationem habitabant fuisse imaginem rei publicae, certe fuisse arcam communem, haec fistula docet; probabile est fuisse eis etiam magistros vel magistratus. — Stationem *ad Decimum* incidere in fundum Ciampino olim observatum erat (cf. Nibby *anal.* 1 p. 461).

4229 *a* in aedibus vineae Senni, ibi prope rep.

dis m|ANIBVS
|IVS·EPAPRO
ditus |HARPASTENI
c ris|SIME COI · ET
pos|TERIS·QVE
eoru|M FECIT

Lugari apud Armellinium *cronichetta mensile* 1885 p. 139

4229 *b* in vinea Senni.

dis|M A N I|*bus*
|AE IVLI|
|VLIMA|
|ARIS|

Descripsit Tomassetti.

4229 *c* ibi ubi n. 4229 *a*.

D M
PETTETIAE FORTVNA
TAE DOMITIVS TELE
GONVS VXORI FECIT

Lugari apud Armellinium l. c.

XIII. *Grottaferrata* (p. 244).

ad n. 2553. Addere debui quae Henzenus *bull.* l. c. ad explicandum obscurum hoc carmen attulit. Marito Secundae nomen fuisse putat Orbio Natali (v. 2. 3 *Orbi namque Secunda fui*; 4. 5 *una Natalis*); ei Secundam iunctam fuisse septimo matrimonio (id enim significari verbis *quia nos septimus ussit amor*; probabilius Wilmannsius ex inscr. n. 575 cogitat de matrimonio septem annorum); *fatales* (v. 2) esse mortales, *securos* (v. 4) mortuos.